

MISAE

TOI

OLL

NIEN-



Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Comparati mihi
Witzeb.
p. mat. 12. q.
p. hinc. 4. q.
Al. Joh. Reibel.
1624.

TM 0339

Theodor Mahlmann
29. IX. 2004
Burgdorf/CH

Christologiae . sacrae
disputationes .
Wittenbergae : Johann. 1624

CHRISTOLOGIAS SACRÆ

Disputatio Prima

De

ÆTERNA CHRIS-
TI DEITATE.

Quam

Annunte Θεολογίας

SUB PRÆSIDIO

BALTHASARIS MEISNERI
Th. D. & P. P.

*In privato Collegio examinandam
proponit*

M. GEORGIUS SCHLÜSSELBURGIUS
Megaloburgicus.

*Habebitur d. 25. Octob. horis pomeridianis
in minori auditorio.*



WITTEBERGÆ,

Ex Officina Johannis Gormanni,

ANNO M. DC. XX.

8.9.

CHRISTOPHOLUS ZACHER
Disputatio Prima

ÆTHERNA CHIL

DEI DEITATE

ANNO 1710
SUB R. S. IDIO

BALTHASARIS M. FISHERI

Th. D. & P. M.

Imprimis Collegio examinandum
programe

M. GEORGIIUS SCHNEIDERBURGER
Megaloburgicus

Habituarius de Gled. horti perennialis
in universi auditorio



WITTEBERG

Ex Officina Johannis Gorenz

ANNO M. DC. XX





I.



*U*n M in hoc Articulo de Chri- Articuli
sto nihil præterea dicendum, nisi quæ hujus uti-
ex sacris eloquiis clarent, ipsius com- litas &
mendatio major esse non potest, quàm sublimi-
quæ ex ipsis V. & N. Instrumentis su- tas.

mitur. Audiamus ergo illud Ieremiæ: In hoc glo- c 9, 24.
rietur qui gloriatur, dicit J E H O V A, scire &
nosse me, &c. Quod Paulus ad Salvatorem no- 1. Cor. 1, 28.
strum adplicat, indeq; concludit; Non judicavi & seq.
me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Chri- c. 2, 2.
stum & hunc crucifixum.

I. I. Hunc enim qui novit in Theologia plurimum
profecit, siquidem hæc vita æterna est, attestan-
te ipso Christo, ut cognoscant te (patrem) so- Ioh. 17, 3.
lum verum Deum, & quem misisti Jesum
Christum. Cui concinnat illud Sapientis: Nosse c. 15, 3.
te, Deum, consummata justitia est, & scire
justitiam & virtutem tuam radix est immor-
talitatis.

I. I. I. Sordeant ergo omnia ad Christum collata Philip. 3, 8.
ut *Ἰνυία & οὐβόλα*. Sic nostra, ut ait Bern- Serm. 43.
dus, sublimior Philosophia scire J E S U M & in Cant.
hunc crucifixum. Hunc diligere superat o- Eph. 3, 19.
mnem scientiam.

I. V. Verè igitur *ἁριστοιγωσία* est & dicitur o-

A 2

mnem

IIX. FIDĒ catholicā credentes Christum ho-
mo-deum colligunt, in Christo conjungi divinitatē
& humanitatem, quibus non præcogniti de Unione
personali, cuius sunt materiale, commode doceri
nequit. Igitur primo de Divinitate Christi nunc a-
gemus, & considerabimus. I. Vocabulum Na-
turæ. II. Ipsam divinam naturam in specie,
ubi 1. Hæreticos eam oppugnantes, 2. titulos
Christo, quoad divinitatem tributos. III. Divini-
tatis Christi ὑπόθεσις. IV. Meditationes pra-
cticas breviter recenserebimus & proponemus.

IX. Natura vox à nascendo dicta, varias habet CAP. I.
rūm apud Philosophos, tum apud Theologos De Voce
significationes. Nos hic illam saltem attendimus, Naturæ.
quā Theologis natura idem est, quod substantia
quædam completa per ἑαυτὴν suam constituta, & in
se habens principium omnium operationum.

X. Observentur circa hanc vocem quatuor, 1. pa-
tres Græcos teste Damasceno, ἑσθία ὄντων & φύσε- In Isag.
ἄντων pro synonymis habere, quæ tamen aliis sic di- C. 5.
stinguuntur, ut illa significet essentiam nudam, quæ
exprimitur per definitionem: Ista superaddat pro-
prietates naturales & essentielles: Hæc insuper in-
cludat accidentia, naturam sequentia, quibus qua-
si coloribus ἑσθία & φύσις depinguntur.

XI. 2. Divinitati neq̄, φύσις neq̄, natura no-
necū competere juxta primā vocum impositionem.
Illud enim dicitur ὅτι τὸ φύσις vel φύσις à fi-
endo vel nascendo, ἀποφύσις est actio τῆς φύ-
σεως

est & passio τὸ Φυομένῃ. Hoc de illa re dicitur, quæ motu generationis ac nativitatis producta est. Verbalia enim in nostra adpellatione rem motu factam significant. Utrumq; autem in DEUM non cadit. Usus tamen obtinuit, ut divinitatem per terminum nature divine exprimamus, quippe (non passivè sed) activè natura est.

XII. 3. Patres hic libentius nomen nature, quàm essentia usurpasse, ut eo fortius refutaretur Eutyches, naturas naturarumq; proprietates confundens quum natura præter se ipsas quoq; proprietates subinnuat.

XIII. Voces (DEUS & homo, Divina natura & humana natura) rem quidem unam dicere, at tamen ut concretum & abstractum differre. Per has notatur nuda essentia, quæ habetur: per illas subjectum, quod habet essentiam, adeoq; hypostasis una connotatur.

CAP. II. XIV. Verè Diabolus μὲν ἐξ ὁμοίου in statu con-
 De divi- fectionis ex homine mero voluit facere Deum, & ita
 na natu- concreatam justitiã subtraxit: Contra in statu re-
 ra in spe- fectionis ex vero Deo conatur facere hominem me-
 cie. rum impugnando Christi divinitatem, ut nobis æ-
 Gen. 3, 9. ternam salutem subtrahat. Hanc opinionem extra
 Ecclesiã instillat Judæis, Turcis, gentilibusq; aliis. In
 Ecclesia ad idem tendit per sua hereticorum agrina.

i.
 Hæretici.

XV. Dispersuntur autem ἡριστῶμαχοι in veteres & recentes. Illos juxta annorum secula historicè enumerata, vide in Centuriis Magdaburgensibus

7
sibus. Nos ob angustos brevitatis, quam & natura
thesium & charta dicitur, limites, hic eos in certas
classes juxta distributionem Chemntij redactos ex-
hibebimus.

XVI. Tria ergo sunt talium hereticorum agmi-
na Primum τῶν ἀνοσιτίων, blasphemantium
Christum per nativitatem primum cepisse & ante
incarnationem prorsus non extitisse, nisi in idea
DEI. Alterum τῶν ἑτερογενῶν, qui concessere
quidem in Christo prater naturam humanam esse
quandam aliam, eamq; caelestem, & per se subsi-
stentem, verum non esse ejusdem substantiae cum pa-
tre creatore. Tertium τῶν ἀνομοίων, contenden-
tium, Filium, quamvis patri equalis sit in subst-
antia, tamen non esse similem potentia & operatione.

XVII. Recentes dicimus, qui post reformationem
à Luthero institutam Christi divinitatem oppugna-
re ceperunt. Inter quos hodie Sociniani, ab infau-
sto illo Fausto Socino dicti, familiam ducunt.

XVIII. Porro per nomina non tantum res efferi
sed & cognosci, etiam Theologia comprobatur, cum de Nomina
Deo, ipsiusq; Filio prater nomina vix plura sciamus. CHRISTO
Unde scitū illud Hebraeorum יְהוָה אֱלֹהֵינוּ quoad di-
& illud Christianorum: Nomen Christi est no- vinitatem
ticia Christi. Quam ob rem Theologia nostra ma- tributa.
gnis ex parte nominalis, & Theologus divinus
Grammaticus dicitur.

XIX. A titulis ergo Christo quoad divinitatem
datis, recte incipimus & sunt illi vel ἑξ ἑσθ. Φοι. seu

Biblici vel ἁγαστοι seu Ecclesiastici ab Orthodoxis patribus adsumpti. Inter illos eminent Deus, Filius Dei, λόγος.

DEUS. XX. Vox DEI consideratur vel absolute, de divina essentia, & tres personas conjunctim significat; vel determinate, prout notat divinam essentiam certo caractere limitatam, ideoque in hac aut illa persona restrictam: ita nomen DEI hic adicipimus, semperque per id DEI Filius in specie notatur.

FILIUS DEI. XXI. Deinde quatuor filios Deum habere, vulgo dicitur i. genitum ab aeterno, qui λόγος. 2. creatum in tempore, qui Adam. 3. natum ex Maria, qui Christus, qua homo. 4. cooptatum, qui est Christianus quilibet. De primo hic tantum sermo. Et dicitur nobis Filius id, quod de essentia alicujus intelligentis substantiae productum, simile est ei in natura. λόγος igitur ex essentia Dei productus, Deo similis atque sic pariter Deus est. Unde expresse dicitur Dei filius, & quidem non factus, sed genitus, imo Unigenitus ob geniturae sociorum carentiam.

Matth. 16, 16.
Psal. 2, 7.
Ioh. 1, 18.

λόγος. XXII. Circa vocem λόγος queritur i. Quid significet? Quo ad primam impositionem notat verbum, est enim ἀ λέγειν, dicere: & quia loquuntur homines, angeli, DEUS, triplex est verbum, humanum, angelicum, divinum. Alias sumitur i. pro ratione hominis & dicitur λόγος ἔμφυτος, 2. pro conceptu mentis, & dicitur ἐνδιάθετος, 3. pro verbo

9
verbo sive scripto sive voce prolato, & dicitur $\omega\epsilon\gamma\omega$
 $\Phi\omega\epsilon\mu\kappa\acute{o}\varsigma$. Ast hic planè cœlesti significatione sumi-
tur pro $\lambda\acute{o}\gamma\omega$ $\xi\sigma\iota\omega\delta\eta$ & $\upsilon\phi\epsilon\sigma\tau\acute{\alpha}\pi\iota$.

XXIII. 2. Quo sensu & ob quas causas Fi-
lius Dei dicatur $\lambda\acute{o}\gamma\omega$? Duplex adpellationis
ratio est, prior DEUM, posterior homines con-
cernit: Illa generationem eternam; hæc officii
manifestat. Respectu Deitatis est verbum
internum & similis est $\lambda\acute{o}\gamma\omega$ $\epsilon\upsilon\delta\iota\alpha\theta\epsilon\tau\omega$ ob con-
ceptus mentalis generationis modum & differenti-
am realem, qua ille à mente distinguitur. Respe-
ctu officij externum verbum est, & est similis
 $\lambda\acute{o}\gamma\omega$ $\omega\epsilon\gamma\omega\Phi\omega\epsilon\mu\kappa\acute{o}\omega$ ob quasdam cum externo
verbo convenientias, quas vide in Prælect. Dn. Præ-
sidis.

XXIV. 3. Quâ vox $\lambda\acute{o}\gamma\omega$ verti debeat?
Reddunt alij per sermonem, alij per rationem. No-
bis versio illa, quâ per verbum, Wort / redditur.
adridet 1. ob utriusq; respectus, de quo thesi præced.
in hac voce inclusionem. 2. ob significationis simpli-
citatem. 3. ob majoris mysterij indigitationem, 4. ob
consensum Chaldaei paraphrastis & patrum vocem
illam quasi in canonem recipientium.

XXV. 4. Num Johannes primus & solus
titulum $\lambda\acute{o}\gamma\omega$ filio DEI attribuerit? Nega-
tur in clara litera Psal. 33. v. 6. 2. Sam. 7. v. 20.
2. Sam. 23. v. 2. & ex paraphrasi Chaldaea sæpissi-
mè vocem יהוה & אלהים per דבר reddente.
ad innuendum de Filio Dei sermonem in textu fieri.

ut Gen. 24. v. 3. c. 48. v. 21. Esa. 8. v. 5. Ose. 1. v. 7.
 & passim. Deinde locus Heb. 4. v. 12. non incom-
 mode tam de verbo ὑποστατικῶ quam de ἡγεσθη-
 ενικῶ intelligitur. Addunt alij Luc. 1. v. 2.

XXVI. 5. An post incarnationem significet
 totum ὑφιστάμενον, vel simplicem tantum
 personam? Placet posterius, eò quòd vox λόγος
 neq; Biblico neq; Ecclesiastico sensu, ullibi pro per-
 sona composita reperiatur usurpata, cum per λόγον
 semper intelligatur unitum adsumens, quod est sa-
 lummodo simplex hypostasis. Idem evincit & modus
 loquendi, quo dicimus Christum constare ex λόγῳ
 incarnato & carne adsumptâ, quod elucet ulterius
 ex prædicationibus personalibus (ut λόγος est ho-
 mo, & contra) & ιδιοποιησεως (λόγος est pas-
 sus) in quibus λόγος non pro toto Christo, sed pro
 persona adsumente sumitur.

XXVII. Reliqua nomina sunt Iehova Jer. 23, 6.
 Iehova exercituum Esa. 47, 4. Deus Israel Amos
 4, 12. Deus Salvator Esa. 12, 2. Adonai c. 4, 4. Adonas
 Iehova c. 40, 10. Iehova excelsus Ps. 47, 3. Domina-
 tor Mich. 5, 2. Sol Iustitiæ Malach. 4, 2. Sapiencia
 Prov. 8, 1. μονογενής Joh. 1, 18. Virtus Dei 1. Cor.
 2, 24. imago Dei (substantialis) Colos. 1, 18. Splen-
 dor gloriæ Dei & character substantiæ eius Heb. 1,
 3. Principium & finis Apoc. 1, 8. Primus & novissi-
 mus c. 13, 11. Dominus dominantium cap. 17, 14.

XXIIX. Inter Ecclesiasticos titulos primatum ob-
 tinent. 1. αὐτόθετος. Dicitur verò sic respectu natu-

re divinæ. Est enim non à superiori principio, sed à seipso Deus, & uti λόγος operatur à se, & per se, & à nullo alio, sic etiam est à se, & per se, & à nullo alio. Personaliter vero consideratus λόγος sic non dicitur, quippe eo respectu ἡ ὀνεία non à se, sed à patre habet. Breviter: αὐτόθεός est respectu productionis temporalis, non est αὐτόθεός respectu productionis personalis. 2. ὁμοούσιος, quæ voce tum essentiae unitas, tum personarum distinctio realis significanter innuitur, & subdola aliquâ interpretatione vox illa ab adversariis haud facile eludi potest.

XXIX. Porro. Etsi in Articulo Trinitatis, tanquam in sede propria, Æterna Filij Dei existentia demonstratur, & à nobis hic præsupponitur tanquam ibi satis probata, siquidem Filius Dei hic non consideratur absolute prout persona simplex est, sed respectu incarnationis, prout carnem sibi personaliter univit, quatuor tamen testimonia Divinitatem Christi confirmantia ex abundantia submittemus.

3.
Divinitatis Christi apodixis.

XXX. Primum extat Gen. 48. in quo continetur benedictio (non charitatis quâ benè precamur omni proximo, sed) auctoritatis, & quidem Patriarchalis, quæ est devota invocatio, quâ precatus est Iacob, ut promissiones in filiis adimplerentur.

XXXI. Notanda autem in illâ tria sunt Objecta, 1. Cui, 2. quid, 3. à quo, precatus sit Iacobus. Illud fuerunt Ephraim & Manasse v. 16: Illud sunt bona & corporalia & spiritualia, inter quæ
prima-

eternitatem. Quod enim indefinite fuit ἐν δεχῆ
illud utiq; eternum esse oportet. Hinc phrases ἐν δε-
χῆ vel αὐτὸς δεχῆς notant eternitatem ut 2. Thes.
2. v. 13. & quodcumq; adsumas principium tamen
verum est & manet: In principio erat verbum.

XXXV. II. est ab existentia πρὸς τὸν Θεόν.
Vox ἰς Ἰησὺς hic restricte pro persona patris accipi-
tur, quod etiam Articulus prefixus docet. Deinde
notandum ἦν, quo status perpetuus significatur. Ter-
tio dicitur πρὸς τὸν Θεόν ad indicandam peculia-
rem subsistentiam.

XXXVI. III. Sumitur ab expressa Dei ad-
pellatione καὶ Θεός ἦν ὁ λόγος. Qui ergo abso-
lute dicitur Deus, re ipsa verus & eternus Deus est.
Hoc enim queritur; an Christus sit verus Deus? re-
spondet Iohannes ὁ λόγος ἦν Θεός, quod declarat
expressius 1. Ioh. 5, 20.

XXXVII. IV. sumitur à creatione rerum,
quæ non nisi substantiæ per se subsistenti & quidem
divinæ adscribi potest, cuius solummodo opus est Esa.
41, 20. 6. 45, 7.

XXXVIII. Tertium sit illud Ioh. 8, 58. Ubi ad-
prime contra Photinianos notandum 1. Verba ἔ-
γενοντο & εἶπα absolute & sine additamento hic po-
ni, non igitur possunt aliter intelligi, quàm de exi-
stenti. 2. Ego sum, esse prædicationis non tertium
sed secundi adjecti, 3. distincta nomina non poni in
textu, non dicitur antequam Abram fiat Abraham,
sed absolute ante fieri Abrahamum &c. Qui igitur
fuit

fuit antequam fieret vel esset Abraham, is non cepit
 primum esse ultimis mundi temporibus. Et per con-
 sequens, Christus prater naturam humanam ex Ma-
 ria adsumpta, constat alia priori, & ante Abraha-
 mum existente, quae non potest esse alia quam divina.
 XXXIX. Quartum sumimus ex Rom. 9, 5. Ubi
 Christus dicitur $\epsilon\omega\nu\ \delta\pi\tau\iota\ \pi\alpha\nu\tau\omega\nu\ \theta\epsilon\omicron\varsigma\ \epsilon\upsilon\lambda\omicron\gamma\eta\tau$
 $\tau\ \epsilon\iota\varsigma\ \tau\omicron\varsigma\ \alpha\iota\omega\nu\alpha\varsigma\ \alpha\iota\omega\nu\iota$, quod elogium solius ve-
 ri Dei proprium est, ut patet ex Rom. 15, 2. Cor.
 1, 3. Eph. 1, 3. 1. Pet. 1, 3. neq; $\delta\omicron\zeta\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$ hac sine
 magna textus luxatione ad Deum patrem ut Aria-
 ni volunt, referri potest, ut ipsa textus inspectio cla-
 re ostendit, indicant subjectum. Quo, secundum
 quamnam partem Christo conveniat esse ex patri-
 bus, videlicet, secundum carnem. Quae limitatione
 quid opus, si prater carnem Christus aliam natu-
 ram non haberet?

4
 Medita-
 tiones
 Practicæ.

XL. Tandem. Etsi $\nu\epsilon\iota\tau\alpha\lambda\iota\alpha$ tractare potius sit $\delta\pi\tau\iota$
 $\delta\eta\mu\iota\varsigma$ quam $\alpha\pi\alpha\delta\eta\mu\omega\tau\iota\varsigma$, ea tamen, quum ad
 plenam $\chi\epsilon\iota\sigma\eta\lambda\omicron\gamma\iota\alpha\varsigma$ tractationem etiam spectent,
 intacta hic plane relinquere nolumus, eorum unum
 vel alterum saltem indicando.

XLI. Docemur ergo 1. ex thesi 15. 16. 17. ne scan-
 dalum adripiamus ob multitudinem hereseon. Sa-
 than antiquum obtinet, semper est Dei adversari-
 us. Quid igitur mirum si & in hac ultima mundi
 senecta Ecclesiam cuniculis per tot hereticos oppu-
 gnare satagat, cum idem fecerit tempore Christi &
 primitivæ Ecclesiae. 2. ut observemus causas tum he-
 reseon

secundum, tum permissionis divinae. Inter illas primaria est superciliosus fastus. Nisi enim haeretici prius in corde intumescerent, ad pravae adsertionis certamina non pervenirent, ait Gregorius; Inter has elu- Lib. 3. Mo- cent I. Ecclesiae notificatio. Quod enim magis ral. c. 13. impeditur, eo magis conspicua redditur. II. Eccle- siae purgatio. Vere enim haereses sunt purgamenta Ecclesiae. III. Veritatis illustratio. Videntur quidem haeretici instar emunctoriorum primo lumen Ecclesiae obfuscentes, sed postmodum clarius illud exsurgit &c.

XLII. Enumeratio divinorum nominum th. 18. & seq. facit 1. ad doctrinam, ut ex his recte Christum ipsiusque majestatem cognoscamus 2. ad consolationem. Quid enim contra nos Sathan, mundus, caro, cum Christus noster sit DEUS, Dominus Dominantium, Deus fortis &c. 3. ad correctionem. Emendemus vitam ne iritemus Christum. Nam hoc offenso, Deus offenditur, qui ultor est habens furorem, irascens inimicis, Nah. 1, 2.

XLIII. Circa tertium membrum queritur, cur redemptorem verum DEUM esse oportuerit? A priori causas nullas scimus, cum hic voluntas facientis sit tota facti ratio; à posteriori tamen duas causas colligimus; Prima est magnitudo mali. Erat super nos ira Dei, maledictio legis, Tyrannis Diaboli &c. à quibus malis nemo nisi Deus non liberare potuit. Secunda est magnitudo boni nobis conferendi, ut reconciliatio cum Deo patre, resti-

restitutio imaginis divine, impletio legis, revelatio
 Evangelij, custodia à tyrannide Diaboli, &c. Quæ
 omnia à nomine nisi à solo D.E.O. nobis obvenire
 queunt.

XLIV. Ad noscimus igitur animo grato tantam
 Dei Φιλανθρωπίαν. Ex gratia dedit, cum non esse-
 mus, ut essemus; ex gratia dedit, cum perditum esse-
 mus, ut bene essemus. Ergo

Per secula metæ nescia


Patri supremo gloria


Honorque sit cum Filio,

Et Spiritu Paracleta. Amen.

F I N I S.







B.I.G.

Farbkarte #13



CRISTOLOGIAS SACRÆ
Disputatio Prima
De
TERNNA CHRIS-
TI DEITATE.

Quam
Annunte Θεωροῦντες
SUB PRÆSIDIO
THASARIS MEISNERI
Th. D. & P. P.

Privato Collegio examinandam
proponit
DORGIUS SCHLÜSSELBURGIUS
Megaloburgicus.
cur d. 25. Octob. horis pomeridianis
in minori auditorio.



WITTEBERGÆ,
officina Johannis Gormanni,
ANNO M. DC. XX.

8.9.